



Gamelbd.

010

dk,

74

LAETA AVSPICIA  
VIRO MAGNIFICO ET SVMME REVERENDO  
**D. CAROLO CHRISTIANO**  
**T I T T M A N N O**  
THEOLOGIAE PROFESSORE PVBLICO PRIMARIO,  
AD AEDEM PAROCH. PASTORE, DIOECSEOS WITTEB.  
ET TOTIVS CIRCVLI SAXONICI ELECTORALIS  
GENERALI SVPERINTENDENTE

DESIGNATO  
*SCHOLAE TORGAVIENSIS*  
GRATVLATVR  
ET SIMVL AD  
**IV. ORATIONES**

IN EADEM HABENDAS

D. XXI. OCTOBRI A. C<sup>16</sup>CCLXXXIII.

HORA VIIIIL MATVTINA

**PATRONOS ET FAVTORES**

HVMANISSIME INVITAT

**M. TRAVGOTT FRIDERICVS BENEDICT**  
LYCEI RECTOR.

---

PRAEMISSA EST

*DE IMAGINIBVS ROMANAЕ NOBILITATIS INSIGNIBVS*

ALTERA DISSERTATIO.

---

*TORGAVIAE, LITTERIS RVIDELIANIS.*





§ I.

**Q**uam nuperrime incepi litterarum tractationem de *imaginibus nobilium*, cum ad animum iuventutis litterarum amore incendendum non aliena videatur, nunc quidem idoneam scribendi nactus occasionem absolvam. Dixi in universum de *imaginis* vocabulo, quod eiusmodi simulacris *proprium* fuit: deque *materia*, quam forte, si antiquissimam *Plastics* originem respicis, *argillam* primum, mox *ceram*, denique *aes omnis generis*, significatu verbi latissimo, fuisse accepimus. Porro *formae imaginum externae*, *humero tenus* effictae mentionem inieci, quibus *tituli* varie subscripti atque post *Ciceronis aetatem* quoque *stemmata gentis cognatae* adiuncta leguntur. Denique de ipso *imaginum iure* breviter exposui quae-dam, quod cum ipsa *Aedilis curulis* dignitate incepit: et quamvis *posteriorum nobilitas* inde penderet ipsaque *materna stirpe* propagari posset, nulli tamen cum ipsa nobilitate ius *imaginis sua* ad *posterioratem prodendae concessum* videri, nisi ipse cu-

rules geſiſſer magiſtratus. Superēſt igitur, ut locum illarum  
uſiungue varium pluribus exponamus.

## § II.

Ex eodem PLINII loco 1), quem clāſſicūm in hac cauſa  
latidavimus, atrium cuiusvis domus imaginib⁹ maiorū oſten-  
tandis inserviſſe appetet, id quod ſexcentis aliorum teſtimoniis  
facile comprobatur. Iam noſtrum erit, de atriis Romanorū  
commemorare quaedam, ut, quae mox dicam de imagninū uſu,  
planius intelligentur. Atria merito dixeris celeberrimam aed-  
iū partem fuſſe, quae nec cum veſtibulo nec cum impluvio  
illarum debet confundi. Veſtibula enim CAECILIO GALLO 2)  
teſte, non in ipſis aedibus erant, neque earum partem conſtitue-  
bant, ſed ita locum ante ianuam domus vacuum dixerunt, per  
quem a via aditus eſſet ad aedes, quum ſinistra dextraque inter ia-  
nuam ſep̄taque 3), quae ſunt viae iuncta, ſpatium relinquitur: ibi  
quoque conuenire ſolebant, qui matutinū praefarent offici-  
um. Auſtīs vocabulum in HOMERI ſaltem carminib⁹ optimē  
re-

1) Hist. Nat. lib. 35, 2. Apud maiores in atrio erant etc.

2) vid. GELLII Noct. Attic. Lib. XVI, 5.

3) ita meo quidem iudicio optimam loco Gellii medicinam attuli,  
quamdiu codicum deest auctoritas, qua ſine vel ipfe GRONO-  
VIUS omnia hic loci incerta eſſe putavit. Sed nonne lectionem  
aperte falſam: inter ianuam tectaque, quae ſunt viae iuncta —  
interim cum coniectura maxime probabili: ſep̄taque permuteare  
liceat? Ex quo quidem ſcripto male vocabulo quam facile oriſi  
potuerit aliena leſio: tectaque, nunc quidem demonſtrare nihil  
attinet. Sed eundem morem aedium veſtibula ſep̄to vel muro  
quodam cingendi, iam in Homeri carminib⁹ retentum videmus,  
το ἐξος enim, quibus ciueta deſcribit dicitum aedificia, ab EU-  
STATHIO ad Odyſſ. XXII, 376. explicatur: το περι οὐλην τειχός  
μεσθ ὁ πυλας.

responder vestibulo, quod et ipsa verbi origo, ab  $\alpha\omega$  deducta, ut  
locus ventorum flatui expositur innuatur, et ΑΤΗΝΑΕΙ testimoniū evincit: ὅτι Ὁμηρος την αὐλὴν τὴν ταττεῖ ἐπὶ τῶν ὑπαιθέων  
τοπων 4). Homerum semper αὐλὴν de locis non tectis adlibere.  
Sed non dubium est, inter graecos postea αὐλῆς vocabulo quoque  
atrium sive primam eamque interiorem aedium partem indicari.  
Quare POLLUX 5) scribit: καὶ αὐλὴ τὸ ἔνθον, ἡντεσταύ 6) Ὁμηρος  
καλεῖ — Iam cum atrium a vestibulo distinguatur, altera parte ca-  
vendum est, ne idem cum *Impluvio* habeamus, quo nomine *lo-  
cus opertus in medius aedibus* indicatur, (graece: μεσαυλίον) in  
quem aqua de tectis confluebat et ubi Dii Penates colebantur 7).  
De quo quidem antiquissimo Deos Penates in impluvio colendi

## A 3

mo-

- 4) locus ATHENAEI lib. V. a multis laudatur, inter quos unum  
nominare PERIZONIUM sufficiat ad AELIANI V. H. Lib.  
III, 4. qui etiam in duobus AELIANI locis Lib. III, 4. et Lib.  
VIII, 7. αὐλὴν de vestibulo aedium explicat. Sed pace tanti vi-  
ri liceat suspicari, minus necessarium videri in iis locis, ut voca-  
bulo αὐλῆς eum addas significatum, cum post Homeri aetatem  
apud Graecos pro atrio saepissime usurpetur. Quod vero argu-  
mentum pro sententia sua adferit PERIZONIUS ad lib. VIII, 7.  
non tam amplum fuisse conclave, quo omnes illi milites Alex-  
andri simili possent accipi, ex eo labefactari mihi videtur, quod  
et ipsum domus coenaculum sibi suisque amicis extructum con-  
suetam magnitudinem longe superabat, quippe capiendis centum  
lectis aptum.
- 5) Onomast., Lib. I. cap. 23. cum quo conferri mēretur HENR.  
STEPHANUS in Thesaur. Ling. Gr. T. I. pag. 624.
- 6) Quae pugna hic intercedat POLLUCI cum EUSTATHII et DI-  
DYMII scholiis ad Iliad. IX, 468. late et docte exuntur a STOE-  
BERO in Animadv. ad FEITHII Antiqu. Homer. pag. 56. quo-  
rum tamen consensu in eo apparer, ut αὐλεσταύ adiunceram aedi-  
um habeant partem atque illas sine dubio porticus, quibus atria  
cinki utrinque solebant. vid: HEYNE ad Virgil, Aen. II, 528.
- 7) vid. ERNESTI Clav. Cicer. sub voc; *Impluvium*.

more, iam inter Troianos consueto, VIRGILIVS<sup>8)</sup>) cecinist:

Aedibus in mediis nudoque sub aetheris axe

Ingens ara fuit —

Itaque atrium quidem arce coniunctum cogitare debemus  
cum impluvio, sed ab ipso vere diversum 9). An vero atria  
Romanorum aequa ut illa impluvia sine tectis fuerint, non ita  
facile dijudicari poterit. Sine dubio nec affirmari nec negari  
in universum debet, noh tecta fuisse omnia Romanorum atria,  
quia hodieque magnum in eiusmodi aedificiorum partibus dis-  
crimen observare licet. Mihi tamen argumenta, quae afferun-  
tur in partem utramque, ponderanti non tecta fuisse plurima  
Romanorum atria verosimillimum viderur. Primum quidem  
ipsa vocabuli origo ita suader, nam *ἀέρος* 10), unde fluxit, lo-  
cum sub dio positum indicat. Nondum quoque loca reperi,  
quibus diserte demostretur, iisdem, quae aedem ornarent, tectis  
atria quoque opera fuisse, sed contra, si FESTUM audimus, qui  
illud medianum ante aedem aream appellat, si porro focum, in atrio  
positum, atque ignem ibi incensum cogitamus, si denique illud  
porticibus utrinque cinctum legimus, quae vix ullibi, quam in  
locis non tectis exstruuntur, argumenta non parui momenti ad  
eam prodire sententiam videntur, quae atria sub dio saepe fuisse  
defendit. Quicquid vero contra ea afferri possit, argumentum  
certe, quod a famosis nobilium imaginibus deponitur, risum  
mihi

8) Aeneid II. 512, ubi SERVIUS ad verba: sub aetheris axe, docte  
animadvertis: hoc est, sub dio, quod impluvium dicitur.

9) ita etiam VARRO de Lingua lat. Lib. V. diserte distinguit atrium  
ab impluvio. FESTUS, qui contra sub hoc voc: atrium  
dicit genus aedificii esse ante aedem continens medium aream, in  
quem aqua ex omni aede collecta depluit — aperte atrium latissi-  
mo sensu sumtum etiam de impluvio intellexit.

10) ita originem huius vocabuli primus ostendit JOS. SCALIGER.  
Vide plura in vōssii Etymologico sub hoc voc:

mihi excitavit, quia scilicet fumosae non fieri potuerunt nobili-  
um imagines in atris, si sine tectis hæc loca fuissent. Sed fu-  
mosa etiam *squalida* dici, optime animadverit JANI ex Scholia-  
tis ad verba HORATII II): *Foeda nigro simulacra fumo.*

### S III.

Superest iam, ut *aediculas atris utrinque adiunctas apud*  
*veteres Romanos indicemus, quarum mentio in scriptis veterum*  
*iniicitur. In universum autem atria omnis generis negotiis atque*  
*ornamentis locum dedisse constat, quod sine adiunctis utrinque*  
*aediculis, sive, ut CICERO 12) eas appellat, cubiculis fieri non*  
*potuisset. Praeter imagines maiorum, de quibus ultimo loco*  
*dicam, in atrio reservatas aliae quoque omnis generis picturae 13)*  
*et statuac 14) sive in parietibus sive in tablinis conspiciebantur.*  
*Porro Deos lares ibi collocatos fuisse constat 15). Etiam coena-*  
*runt ibi veteres, SERVIO 16) auctore. Qui doctissimus inter-*  
*pres quoque censem et omnes pecunias in atris servatas 17) do-*  
*cet,*

11) Odarum lib. III, od. 6.

12) in Epist. ad Q. Fratrem Lib. III, I.

13) ita PETRONIUS in atrio Trimalchionis aedium atque in ipso  
iam vestibulo picturas laudat. *Satyr.* cap. 29.

14) hoc refero illud MARTIALIS Lib. II, epigr. 90. *Atriaque*  
*immodicis arctat imaginibus.*

15) PETRONIUS l. l. statim post ianuam: *Grande armarium in*  
*angulo vidi, in cuius aediculo erant lares argentei posti Vene-*  
*risque signum marmoreum.*

16) in notis ad VIRGIL. Aeneid. I. 726. ubi quoque plures huic  
sententiae laudat auctores. Sed quot et quam varia fuerint illa  
coenacula videre est apud PLINIUM, in nota illa suae villae de-  
scriptione Epist. L. II. 17.

17) lib. I. cum quo Idem conseratur ad VIRGIL. Aen. IX. 648.  
Neque temperare mihi possum, quin elegantissimam loci Script.  
S. Luc. XI, 21. interpretationem hic adscribam, quam BURMAN.

cet. Locus porro procuratoribus erat ad rationes ibi accipendas 18) aliaque id genus negotia. Gramaticorum scholas adeo interdum ibi habitas, de VERRIO FLACCO testatur SUETONIUS 19). Contra Graecorum morem gynaecea etiam in atris Romanorum fuisse, pluribus veterum locis apparet. Ita CORNELIUS NEPOS 20) matres familias primum tenere aedium locum atque in celebritate versari dicit, cumque ASCONIUS de Scipionis et Hypsaei factionibus narrat 21), Lepidi interregis domum ab ipsis oppugnatam, imagines maiorum deiectas, lectulum adversum uxoris Corneliae fractum, atque telas, quae in atrio texebantur, dirutas, non tam de ipsa atrii area intelligo, in qua media veluti versatae sint mulieres, sed de gynaeceo, cuius ostium pro more apertum in atrii aream spectabat. Quomodo enim, ut hoc altero utar exemplo, explicari possit, Lucretiam intempesta nocte inter lucubrantes ancillas in medio aedium sedentem inveniri, nisi conclave quoddam, quo penetrare lucernis accensis ventorum flatus non possent, operae illarum destinatum

NO ad PETRON. Satyr. cap. 29. debeo. Verba enim: ἔτας ιχυ-  
εος — Φιλαστρη την ἐγύπτιαν ἀνάν, εἰς εἰγύην ἐσὶ τα ὑπερχόρτα  
άπτε — non ut LUTHERUS atque plerique interpretes volunt,  
de palatio, sed ut bene verit VULGATUS de Atrio intelligenda  
erant, in quo servabantur procerum divitiae.

18) vid PETRON. Satyr. cap. 30.

19) de Illustr. Grammat. cap. 17.

20) in Prosa. ad vitas Imp.

21) in Comment. ad CICERONIS pro Milone dicentis verba  
cap. 5. oppaginationem aedium M. Lepidi. Conferatur quoque  
LIPSII Elector. Lib. I, cap. 17. Asconiani loci optimus in-  
terpres. Qui quidem lectum adversum matronarum inde nomen  
acepsisse ostendit, quod ianuse exadversum sit stratus. Quod  
tamen non impedit, quo minus lectum non in atrio aperto sed  
in gynaeceo positum cogitemus.

tum tibi effinxeris 22). Porro *de foco in atrii extracto*, qui et sacrificiis et cibis coquendis aptus esset, ut circa eum *culina efficeretur*, non incerta res est 23), atque ex ipsis iam N. Testamenti scriptis comprobatur 24). Cum denique PLINIUS I. I. de imaginibus nobilium differit, *tablina quoque codicibus et monumentis rerum in magistratu gestarum impleta adfuisse* dicit, quae a FESTO 25) diserte collocantur in atrio. Neque dubium esse videtur, multo plura in atrii negotia fuisse concocta eoque congesta domus ornamenta, quod merito ex iis, quae iam allata sunt, concludere licet. — Sed illae quoque nobilium *imagines*, ne fumo aut aliis rebus infuscarentur, *armariis*, PLINIO teste I. I. erant inclusa. POLYBIUS 26) ξύλαντια h. e. aediculas lignae appellat, quae igitur cum *armario grandi*, quale PETRONIUS I. I. conspexit, comparanda erunt. In universum autem sub illo armarii vocabulo locum variis rebus ibi reconditis aptum intelligi, vel inde apparet, quod in: *arium* 27) terminatur. Sicut autem omnium rerum, quae in atrio servarentur, ita imaginum quoque illarum cura seruis, quibus fuit *atriensis* bus nomen, committebatur. Quos quidem prae ceteris seruis honestiore loco fuisse, praeter alios, propterea in primis affirmat SERVIUS 28) quia census omnis illic seruabatur. Si enim, qui

## B

## terge-

22) id, quod dudum iam suspicatus est IO. FRID. GROMOVIVS in notis ad suspectum LIV. I, 57. locum.

23) conf: SERVIUS ad Aeneid. I, 726, qui atria quoque dicta inde opinatur.

24) Luc. XXII, 55. ἀφαντων δε ποιε ἐν μεσω της αὐλης.

25) verba eius sunt: *Tablinum proxime atrium locus, ubi antiqui magistratus in suo imperio tabulas rationum habebant.*

26) Hist. lib. VI, 51.

27) eiusmodi vocabulorum ita terminatorium farraginem dedit PERTOTTUS in Cornu Copiae p. m. 70. quae omnia locum ad res ibi reconendas aptum indicant.

28) ad VIRGIL. Aen. IX. 648.

tergerent atque ungerent dominum, qui verrerent domum, ideo  
que nulli certo negotio essent adstricci *mediastini* 29) diceban-  
tur atque viliores erant. Plurima vero de atriensium commo-  
dis et dignitate in *PLAUTI* commoediis occurunt. Duo loca  
laudare sufficiat. Ita in *Aesinia* Act. II. Scen. II. Leonida, vi-  
lior servus, Libanio dicit:

*Exemplo facio facetum me atque magnificum virum,  
Dico med esse atriensim —*

Deinde in *Pseudolo* Act. II, scen. II. Harpax dicit:

*Qasi te dicam atriensem.*

Pseudolus responderet: *Imo atriensi ego impero.*

Igitur Harpax qui nullum servum atriensi maiorem noverat  
ad haec: *Quid? servusne es an liber?*

#### § IV.

Jam si varium imaginum nobilitatis usum respiciamus, et  
laeta et tristia gentis cuiusquis tempora in censum veniunt. Lae-  
tis enim temporibus aperiebantur, ut eo maiori gentis essent or-  
namento. De nuptiis aliisque diebus festis, quos convivia laeta  
comitari solerent, vix dubitare licet, Romanos tum temporis  
imagines maiorum aperuisse 30), quia per illam occasionem, uti  
nostrates hodieque, insignia et nobilitatis et dignitatis docu-  
menta studiose anquirebant. Sed alia quoque tempora laeta  
inciderunt, quibus eandem seruarent consuetudinem. De sul-  
la enim coniurationis reo promittiit CICERO 31), eundem po-  
puli iudicio absolutum imagines maiorum in atris expositurum  
et ira laetitiam sumnam, qua frueretur, publice significaturum  
esse: *Domus erit, credo, exornata, aperientur maiorum imagines:*  
*ipse*

29) de quibus plura dat *VOSSIUS* in Etymol.

30) ita distinet testatur *SENECA* Lib. III. Controvers. XXI. et eius  
interpretis ANDR. SCHOTTUS.

31) pro Sulla cap. 31.

¶

ipse ornatum ac vestitum recuperabit. Alius est locus CICERO-  
NIS pro Muraena 32): Quo se miser vertet? domumne? ut eam  
imaginem clarissimi viri parentis sui, quam paucis ante die-  
bus laureatam in sua gratulatione conspexit, eandem deformata  
ignominia lugentemque videat? Loquitur enim Cicero de tempore  
ille, cum Muraena Consule designato ceteri Senatores in do-  
mum eius ad officium venirent 33). Quod igitur laetissimum  
Muraenae fuerat, ut summa laetitiae signa aperiendis maiorum  
imaginibus ederet parentisque adeo ipsius, quem praecipue or-  
natum iri hoc magistratu sentiebat, imaginem laurea coronatam  
proponeret 34). Unde simul novae consuetudinis originem de-  
ducere liceat, ut nempe honoris eo maioris manibus maiorum  
praestandi causa, illorum imagines interdum coronis aliove mo-  
do exornarent.

## § V.

Neque vero, tristia si inciderent tempora, minori erant  
illae imagines in funere nobilis alicuius ornamento. Non im-  
pensa atque sumitus magnifici funeris antiquissimis temporibus  
tantum valebant apud Romanos, quantum imagines, ut LIVI-

B 2

OS

32) cap. 41.

33) ut optime monuit de *gratulationis* vocabulo ERNESTI in  
Clave Ciceron.

34) Videtur autem filius ad patris triumphum respexisse quem ille  
de Mithridate reportaverat. Ceterum aliorum quoque, qui non  
dum triumphaverant, ornamento fuisse laurum, si laetum aut  
festum aliquem diem celebrarent, vel ex edicto Triumvirorum  
intelligi poterit, qui natalem Caesaris ab omnibus animo laeto  
lauroque coronatis celebrari iusserunt, ut refert DIO Cassius  
in Lib. XLVII. pag. 385. edit. Stephan. Confer quoque juve-  
NAL. Satyr. XH, 87, 88.



us 35) nos docet: *M. Aemilius Lepidus, qui princeps senatus a sextis iam censoribus erat electus, ante quam exspiraret, praecipit filii, lecto se strato sine linteis, sine purpura efferrent, in reliquum funus ne plus quam aeris decus consumerent: imaginum specie non sumtibus nobilitari magnorum virorum funera solere.* — Vetuerant enim XII. tabulae, ne sumtus nimios funeri ducendo impenderent, ut late docuit NIC. FUNCIUS 36) et PAULUS MERULA 37). Harum igitur legum religione Lepidus adhuc tenebatur, quamquam constat, Romanos maximam partem easdem neglexisse. — *Funera autem nobilium, in quibus imagines praeferrentur, a plebeiorum funeribus admodum differebant, illis Indictivorum his Simpludiariorum, ut Festus refert, nomine indito. Illa indici per praecomen solebant, quod inest legi: Praeco fonus endeicito 38).* De indictivis, si commentatores XII. tabularum audimus, illa quoque explicatur: *Quom fonus esfitor, nei encomitiato.* Sed potea in eo maxime positum fuisse funerum discrimen videtur, ut imagines maiorum in nobilium funere praeferrentur. Iam quaerere liceat, num antiquissimis statim rei publicae Romanae temporibus cuius ex genere nobili oriundo maiorum imagines in funere concederentur? Quod mihi quidem non ita videtur. Sicut enim funebres laudes non omnibus primum, sed viris de republica bene promeritis continebant, deinde autem vel mulieribus atque adolescentulis habebantur: ita quoque imagines non omnibus statim promiscue sed viris tantum illustribus videntur esse praefatae, donec illo honore omnibus communi nobilibus et iuvenes et matronae mortuae fruerentur. De mulieribus praeter multa

C 1-

35) in Epitome lib. 48.

36) in Commentario ad leges XII. tabularum.

37) in Antiquitatibus Rom. cap. IX. de legibus Rom.

38) cont: idem MERULA cap. VIII. de legibus Rom. De his quoque legi meretur LIPSIUS Saturnal. serm. Lib. I, cap. 8.

¶ + ¶

CICERONIS atque TACITI loca unum addamus HORATII 39):  
Esto beata. Funus atque imagines  
Ducant triumphales tuum.

Quid hoc loco imagines sint triumphales ex consuetudine illa, quam POLYBIUS 40) refert, optime poterit explicari. Imagines nimirum variis ornatas vestibus pro dignitate atque munere, quod quisque in republica olim obtinuerat. Itaque, quae VALERIUS MAXIMUS 41) de Cornelia gente narrat, eam semper in funere suo Superioris Africani imagine ornari, de omnis aetatis hominibus proprie intelligi videtur.

### S VI.

Quomodo porro elatae sint illae maiorum imagines, varie narratur a rerum romanarum scriptoribus. POLYBIUS lib. I. prodit: ἐφ ἀριθμῷ ἑτοι πολευόντων, ut adeo non accedi debeat sententiae KIRCHMANNI 42), qui putat, quot fuissent maiorum imagines, tortidem esse lectulos funeribus praelatos. Quamvis enim verissima de lectulis refert, tamen caendum est, ne ab omnibus lectulos in funeribus adhibitos fuisse, propter illum POLYBII locum, statuamus. In ipsis quoque XII. tabulis iam plurium lectulorum numerus prohibetur: *Plusa fonera unei neī facito, neīcē pluses lectos endosfero.* Ceterum quae LIPSIUS 43) ex SYLIO ITALICO et post eum KIRCHMANNUS de imaginibus adnotavit, in perricis quoque oblongis eas esse praelatas, nondum satis certum omnique dubitatione maius esse videtur. Magnus ille LIPSIUS sine dubio recentiori Romanorum consuetudine inductus haec statuit, quod imperatorum imagines in

B 3

bello

39) Epod. VIII, II.

40) Lib. VI, cap. 51.

41) Memorab. Lib. VIII, 15, 1.

42) de Funer. Rom. Lib. II, cap. 7.

43) Elector. L. I, 29.

bello signis atque vexillis affixas praeserebant, ut ipse docuit  
erudite 44). Sed SILII 45) locus hic est:

Non coniux natique aderant, non iuncta propinquo  
Sanguine turba virum, aut celsis de more ferentis  
Praecedens prisca exsequias decorabat imago.

Illa feretra igitur LIPSIUS et omnes, qui eum secuti sunt, de oblongis perticis sive hastis accipiunt, quae etiam in funeribus praeferri solitae. Enimvero si vel maxime concedam, SILII aetate hunc morem in quorundam funeribus obtinuisse, ut nempe aeneas maiorum imagunculas in funeribus praeferrent, perticis longis affixas: tamen ad illa tempora, de quibus cecinit vates, respiciamus, necesse est. Describitur enim funus Pauli Achillii, viri fortissimi, in paelio apud Cannas occisi, qui cum ab hostibus sepeliretur, his versibus tristes eius exsequias, quae non Romae celebrarentur, poeta breviter exponit. Cum vero satis superque constet ex locis quibusdam a KIRCHMANNO et LIPSIIO laudatis, lectulis ut ferrent maiorum imagines, iam tum iritus fuisse, quid cogat nos, rariorem vocabuli significationem praeferre vulgatae? Num nomen adiectum: *celsis* ferentis necessario requirit, ut de ferculis triumphorum aut hastis cogitemus? Nonne celsi etiam lectuli mortuorum dici possunt, si ab hominibus in altum sublati portantur? Certe mihi persuadere non possum, omnino hunc locum LIPSIIO satisfecisse et nihil impedit, quo minus feretra illa de lectulo generis singularis, cui imponerentur maiorum imagines, interpretetur. Ipse loquendi usus nos adiuuat idemque temporum illorum ritus efflagitant. Sed haec hactenus pro instituti nostri ratione, ne, quae scripsimus, iustum paginarum numerum excedant. Paucula quaedam, si tempus tulerit, de multitudine *imaginum* in funere paelatarum deque *imaginis* frangendae *poena*, addere est animus.

Iam

44) de militia Rom. Lib. IV, cap. 5.

45) Lib. X,v. §66. etc.

Iam vero non sine intima animi laetitia annunciare gestimus, designatum nobis, quae benigna est Dei sapientia, Virum Magnificum atque Summe Reverendum, D. C<sup>A</sup>ROLVM CHRISTIANVM TITTMANNVM, SVMMVM SACRORVM IN TOTO SAXONIAE ELECTORALIS CIRCVLO ANTISTITEM. Quibus quidem Christianorum sacris cum nostrae Musarum sedes non immerito adnumerentur, quanta nunc litterarum totiusque Christianae rei incrementa, tanto tamque laudato Praeside, in his terris sint futura, omnibus nobis merita, quibus iam subtilissimus et litterarum et rerum divinarum interpres inclaruit, fatis superque testantur.

*En! Musa Pindi deseruit iuga,*

*Optata dudum Christiadum redit*

*Terris, amatae gesit arco*

*Foedere Religio ligari.*

*Te Diva iustis auger bonoribus,*

*Splendore dignum, quos bilari canit*

*Plectro, tibi non indecoram,*

*Calliope, redimita laurum.*

*Non sernis almos, quae gremio svvm*

*Enutriebant, Pieridum choros:*

*At barbaris intendis iras,*

*Qui stolido tumuere fastu.*

*Nec*

Nec plebis aures, PRAESVLE TE, vagas  
 Verbis sacerdos ludet inanibus:  
 At veritatis fons, patentis  
 TE DVCE, splendidior scatabit.

Ebeu! sacratis scimus ut impias  
 Bellona remplis intulerit faces,  
 Ut fascinarit triste vulgus,  
 Fraude superstitionis orta.

Sed pace laeta, credite Posteri!  
 Nunc casta virtus et sapientia  
 Nobis nitent, ceu prodit udas  
 Post hiemes nova Veris aetas.

Quae vera falsis sanguinea manu  
 Error scelestus miscuit et dolus,  
 Haec PRAESVLIS discussa NOSTRI  
 Auspicio meliore cernis.

Hac

Hac luce nobis o utinam diu  
Splendere detur! Pro meritis feras  
Summis, DECVS NOSTRVM! beatae  
Praemia non moritura vitae.

Orationum autem, quibus Lycei nostri laetitiam quatuor iuuenes non contemnenda spei ornabunt, hic est ordo:

- I. ANDREAS GUSTAVVS PATAV, Torgaviensis, latine disputabit: *De discrimine veteris atque recentioris Poetices.*
- II. GOTTHELF CHRISTIANVS BERNHARDI, Doebrigaviensis-Saxo, *Vim carminis in hominum mentes oratione vernacula explicabit, eaque Lyceo simul nostro, in Academiam abiturus, vale dicet.*
- III. ERNESTVS GOTTLÖB WINKLER, Dahl-Misnicus: *de sublimi poetarum oratione quaedam latine perorabit.*
- IV. denique vernacula CHRISTOPHORVS CAROLVS STVIBEL, Bausiensis-Misnicus: *de Poetices artis cum eloquentia coniunctione dicturus Amico in Academiam discedenti fausta quaevis Commilitonum nomine adprecabitur.*

Qui-



Quibus quidem ut animum addere eorumque et in dicendo hilaritatem et in coepita studiorum via ulterius persequenda industria augere frequentia velitis honorifica PATRONI SPLENDIDISSIMI, SACRORVM ANTISTES SVMME VENERABILIS, SENATVS CIVITATIS AMPLISSIME, SACRORVM MINISTRV PLVRIMVM REVERENDI, LYCEI MAGISTRI CLARISSIMI, reliquique FAVTORES humaniorum litterarum HONORATISSIMI, etiam atque etiam rogamus. Nequæ mea neque illorum studia in posterum indefessa deerunt, quibus benevolentiae praesentia nobis VESTRA denuo testificatae documenta pro virili parte promereri pergeremus. Scripsi Torgaviae. Idibus Octobr. A. MDCCCLXXXIII.

*Amplissime*

*Reverendi*

*Benevolentiae*

*Documenta*

*Pro virili parte*

*Promererim*

*Scripti Torgaviae*

*Idibus Octobr.*

*A. MDCCCLXXXIII.*

*Amplissime*

*Reverendi*

*Benevolentiae*

*Documenta*

*Pro virili parte*

*Promererim*

*Scripti Torgaviae*

*Idibus Octobr.*

*A. MDCCCLXXXIII.*

*Amplissime*

*Reverendi*

*Benevolentiae*

*Documenta*

*Pro virili parte*

*Promererim*

*Scripti Torgaviae*

*Idibus Octobr.*

*A. MDCCCLXXXIII.*

*Amplissime*

*Reverendi*

*Benevolentiae*

*Documenta*

*Pro virili parte*

*Promererim*

*Scripti Torgaviae*

*Idibus Octobr.*

*A. MDCCCLXXXIII.*

*Amplissime*

*Reverendi*

*Benevolentiae*

*Documenta*

*Pro virili parte*

*Promererim*

*Scripti Torgaviae*

*Idibus Octobr.*

*A. MDCCCLXXXIII.*

*Amplissime*

*Reverendi*

*Benevolentiae*

*Documenta*

*Pro virili parte*

*Promererim*

*Scripti Torgaviae*

*Idibus Octobr.*

*A. MDCCCLXXXIII.*

*Amplissime*

*Reverendi*

*Benevolentiae*

*Documenta*

*Pro virili parte*

*Promererim*

*Scripti Torgaviae*

*Idibus Octobr.*

*A. MDCCCLXXXIII.*

*Amplissime*

*Reverendi*

*Benevolentiae*

*Documenta*

*Pro virili parte*

*Promererim*

*Scripti Torgaviae*

*Idibus Octobr.*

*A. MDCCCLXXXIII.*

*Amplissime*

*Reverendi*

*Benevolentiae*

*Documenta*

*Pro virili parte*

*Promererim*

*Scripti Torgaviae*

*Idibus Octobr.*

*A. MDCCCLXXXIII.*

*Amplissime*

*Reverendi*

*Benevolentiae*

*Documenta*

*Pro virili parte*

*Promererim*

*Scripti Torgaviae*

*Idibus Octobr.*

*A. MDCCCLXXXIII.*

*Amplissime*

*Reverendi*

*Benevolentiae*

*Documenta*

*Pro virili parte*

*Promererim*

*Scripti Torgaviae*

*Idibus Octobr.*

*A. MDCCCLXXXIII.*

*Amplissime*

*Reverendi*

*Benevolentiae*

*Documenta*

*Pro virili parte*

*Promererim*

*Scripti Torgaviae*

*Idibus Octobr.*

*A. MDCCCLXXXIII.*

*Amplissime*

*Reverendi*

*Benevolentiae*

*Documenta*

*Pro virili parte*

*Promererim*

*Scripti Torgaviae*

*Idibus Octobr.*

*A. MDCCCLXXXIII.*

*Amplissime*

*Reverendi*

*Benevolentiae*

*Documenta*

*Pro virili parte*

*Promererim*

*Scripti Torgaviae*

*Idibus Octobr.*

*A. MDCCCLXXXIII.*

*Amplissime*

*Reverendi*

*Benevolentiae*

*Documenta*

*Pro virili parte*

*Promererim*

*Scripti Torgaviae*

*Idibus Octobr.*

*A. MDCCCLXXXIII.*

*Amplissime*

*Reverendi*

*Benevolentiae*

*Documenta*

*Pro virili parte*

*Promererim*

*Scripti Torgaviae*

*Idibus Octobr.*

*A. MDCCCLXXXIII.*

*Amplissime*

*Reverendi*

*Benevolentiae*

*Documenta*

*Pro virili parte*

*Promererim*

*Scripti Torgaviae*

*Idibus Octobr.*

*A. MDCCCLXXXIII.*

*Amplissime*

*Reverendi*

*Benevolentiae*

*Documenta*

*Pro virili parte*

*Promererim*

*Scripti Torgaviae*

*Idibus Octobr.*

*A. MDCCCLXXXIII.*

*Amplissime*

*Reverendi*

*Benevolentiae*

*Documenta*

*Pro virili parte*

*Promererim*

*Scripti Torgaviae*

*Idibus Octobr.*

*A. MDCCCLXXXIII.*

*Amplissime*

*Reverendi*

*Benevolentiae*

*Documenta*

*Pro virili parte*

*Promererim*

*Scripti Torgaviae*

*Idibus Octobr.*

*A. MDCCCLXXXIII.*

*Amplissime*

*Reverendi*

*Benevolentiae*

*Documenta*

*Pro virili parte*

*Promererim*

*Scripti Torgaviae*

*Idibus Octobr.*

*A. MDCCCLXXXIII.*

*Amplissime*

*Reverendi*

*Benevolentiae*

*Documenta*

*Pro virili parte*

*Promererim*

*Scripti Torgaviae*

*Idibus Octobr.*

*A. MDCCCLXXXIII.*

*Amplissime*

*Reverendi*

*Benevolentiae*

*Documenta*

*Pro virili parte*

*Promererim*

*Scripti Torgaviae*

*Idibus Octobr.*

*A. MDCCCLXXXIII.*

*Amplissime*

*Reverendi*

*Benevolentiae*

*Documenta*

*Pro virili parte*

*Promererim*

*Scripti Torgaviae*

*Idibus Octobr.*

*A. MDCCCLXXXIII.*

*Amplissime*

*Reverendi*

*Benevolentiae*

*Documenta*

*Pro virili parte*

*Promererim*

*Scripti Torgaviae*

*Idibus Octobr.*

*A. MDCCCLXXXIII.*

*Amplissime*

*Reverendi*

*Benevolentiae*

*Documenta*

*Pro virili parte*

*Promererim*

*Scripti Torgaviae*

*Idibus Octobr.*

*A. MDCCCLXXXIII.*

*Amplissime*

*Reverendi*

*Benevolentiae*

*Documenta*

*Pro virili parte*

*Promererim*

*Scripti Torgaviae*

*Idibus Octobr.*

*A. MDCCCLXXXIII.*

*Amplissime*

*Reverendi*

*Benevolentiae*

*Documenta*

*Pro virili parte*

*Promererim*

*Scripti Torgaviae*

*Idibus Octobr.*

*A. MDCCCLXXXIII.*

*Amplissime*

*Reverendi*

*Benevolentiae*

*Documenta*

*Pro virili parte*

*Promererim*

*Scripti Torgaviae*

*Idibus Octobr.*

*A. MDCCCLXXXIII.*

*Amplissime*

*Reverendi*

*Benevolentiae*

*Documenta*

*Pro virili parte*

*Promererim*

*Scripti Torgaviae*

*Idibus Octobr.*

*A. MDCCCLXXXIII.*

*Amplissime*

*Reverendi*

*Benevolentiae*

*Documenta*

*Pro virili parte*

*Promererim*

AB:155056

VD 18

ULB Halle  
003 085 112

3



TA → SL  
nur 75 Blatt /

VDT7

R



D.  
v

THE  
AD A

G F

IV.

PA

M. TR

DE IMAG

TOA

Farbkarte #13

Black

B.I.G.

3/Color

18

7

6

19

18

17

16

15

14

13

12

11

10

9

8

7

6

5

4

3

2

1

Centimetres

1

Inches

1

White

3/Color

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

SPICIA  
VMME REVERENDO  
**CHRISTIANO**  
**A N N O**

PVBILCO PRIMARIO,  
DIOECSEOS WITTEB.  
NICI ELECTORALIS

NTENDENTE

AVIENSI

R  
AD  
**I O N E S**

ENDAS

CCCLXXXII.

TINA

AVTORES

VS BENEDICT

R.

TATIS INSIGNIBVS

IO.

IDElianis.